

generaliter atque pro omni tempore, Subditis suis durior...

XVI. Quoad ea verò quæ in particulari casu, atque certis...

CAPUT IV.

An Regularibus à præcepto Superiorum appellare liceat?

- 1. Quid agendum Religioso, qui credit sibi aliquid durius...

CONtingit, ut Religiosus credat, sibi à Prælato aliquid ultra vires...

Admittit igitur in duris ac penè impossibilibus excusationem...

Divino enim adjutorio (ait Hæstienus Disp. Monast. lib. 6. tr. 2. disp. 7.) per obedientiam fit nonnumquam possibile...

namque gratia, quod abhorret natura; adimplebit charitas, quod abhorret infirmitas.

III. Procul ergo abest à mente Patrum, ut Religiosis, ubi credunt sibi durius aliquid, quam oportet, à suis Prælati...

IV. Et quidem sæculo 11. Abbati S. Petri scribit Alexander III. Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod si quando subditos tuos vis pro suis excessibus...

Hoc Alexandri responsum relatum in cap. 3. de Appellat. jus commune constituit.

V. Similiter Concilium Lateranense sub eodem Pontifice celebratum advertens, quod nonnulli dum Superioris sententiam & disciplinam Canonice reformant...

VI. Ex his aliisque juris textibus statuunt Canonistæ, à correctione Prælati Regularis non dari appellationem...

VII. Et sane quis non videat, omnem disciplinam Regulatam pessumdari, omnemque correctionis fructum impediti...

VIII. Quapropter nonnulli Ordinum Superiores, ut se contra has appellationes firmiter & efficaciter munirent...

IX. Refertur inter alia monumenta Bulla Alexandri III. qua, auctoritate Apostolica conceditur & indulgetur Ordini Cistercensi, ut Abbates hujus Ordinis, qui de aliquo crimine convicti...

Bonifacius VIII. anno 1269. eadem confirmavit his verbis: "Auctoritate vobis Apostolica indulgemus, ut ad correctiones & punitiones Monachorum & Monialium delinquentium infligendas, Prælati Ordinis vestri

vestri, ad quos ea spectare noscuntur, liberè provi-ere valeant, secundum generalia facta, & faciendâ dicti Ordinis instituta...

X. Conformiter ad has aliasque Pontificum declarationes, nec non Patrum Regulas & jus commune, sapius per ejusdem Ordinis Constitutiones ac deliberationes cautum fuit sub pœnis gravissimis, ne quis, præsertim in materia correctionis & disciplinæ appellare audeat...

XI. Cumque hæc admodum conducant, imò penè necessarii sint disciplinæ, quietique Monasticæ conservandæ, nequaquam facile eis derogari permittendum.

Unde cum Generalis hujus Ordinis contra quamdam sui Ordinis Abbatissam mandasset inquiri, ac ad pœnam condignam procedi; hæcque ad Sedem Apostolicam appellasset, & ab ea Rescriptum ad Judicem in Partibus obtinisset, qui de causa appellationis seu conjunctionis seu separationis cognoscerent & judicarent...

XII. Scribitur quoque, Innocentium IV. dedisse Bullam Ordini Benedictinorum anno 1252. in hæc verba: "Quia Monachi refugii disciplinæ frequenter obstaculum interponunt; sicque hujusmodi appellationis obtentu, remanent talium excessus impuniti, mandamus quatenus illarum appellationum obtentu non obstante, Superiores Officii sui debitum exequi non omittant."

XIII. Similiter Parlamentum Parisiense advertens, frequentes appellationes Monachorum ad Judices Regios plurimum nocere correctioni morum, atque discolorum & indisciplinatorum audaciam fovere, solemnè Arresto 19. Octobris 1543. inhibuit universis Regularibus sub pœna arbitrarij recurrere ad Judices Regios subalternos per viam appellationis; sed solum per viam requisitionis ac implorationis brachii secularis, idque dumtaxat in casum seditionis, tumultus, aut gravis scandali; permittens nihilominus idem Supremus Senatus recursum ad suum Tribunal casu quo esset clarus & notorius abusus, infractio Legum & Ordinationum Regni, Arrestorum Curia Statutorum Ordinis per Regem probatorum, Canonum & Decretorum Conciliorum: quo casu & non alio permittitur Regularibus habere recursum ad Senatum Supremum, idque vel viâ appellationis tamquam ab abusu, aut implorationis brachii secularis. Et si quando pro alio casu ad Curiam recursum haberent, Curia permitteret Superioribus cogere subditos ad obedientiam; atque contra rebelles eâ correctione regulari uti, quæ ipsis opportuna videretur.

XIV. Itaque sive spectemus pristinam Monasticam disciplinam, sive jus Decretalium, sive mores nostrôs, dicere possumus cum renatu Choppin in Monastico lib. 1. tit. 3. num. 16. Sublatum est merito omnis appellationis ad Superiorem Judicem per fugium ab indicta pœnali Cœnobitæ vitiis emendatione, ne impunitatis spe irrita fierent Monasticæ Religionis præcepta, neglectisque iis regulares pœnæ condictæ.

TITULUS XXIX.

De Voto Paupertatis.

CAPUT I.

Abdicatio omnis proprietatis est essentialis Status Religiosi.

- 1. In omni professione Religiosa includitur votum paupertatis.
2. Abdicatio proprii est essentialis Monastica professio.
3. Professio Monastica includit observantiam Consilii Evangelici de abdicatione rerum temporalium.
4. Quam rerum abdicatorem Consilium Evangelicum exigit?
5. Monachus omnibus rebus temporalibus se nudare debet.
6. Monachus nihil vel minimi sibi appropriare potest.

Amelii formula professionis Religiosæ ulitata nullam paupertatis aut proprii abdicatorem expressam mentionem facit, votum tamen paupertatis in omni professione Religiosa includi, ipsiisque paupertatis votum esse unum è tribus substantialibus votis Religionis, nemò dubitat.

Imò ipsa abdicatio proprietatis adeò annexa censetur Regulæ Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, uti respondit Innocentius III. in Cap. 6. de Statu Monach. Proprii carentia (inquit Lupus tom. 4. Schol. p. 35.) est Evangelicæ perfectionis ac Monasticæ professionis portio essentialis, idèquè clarum est, quòd nec Summus Pontifex possit in ipsa dispensare.

Unde jam pridem ad Monachos dixit S. Basilii: Si quis proprium esse dicit, absque dubio alienum se facit ab Electis Dei. In regulis brevioribus cap. 27.

III. Nemo enim umquam dubitavit, quin Monachalis professio includeret Evangelicorum consiliorum observantiam; atque illud præsertim quod Christus tamquam vestri

quam allequenda Evangelicæ perfectioni opportunissimum expressit his verbis: Si vis perfectus esse, vende & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Matt. 19. v. 21.

IV. Quibus verbis Christus eam rerum temporalium abdicatorem ab hujus consilii Evangelici observatione requisivit, qualis est illius, qui simpliciter res suas omnes venderet, ac earum pretium titulo simplicis & absolutæ donationis in pauperes effunderet, atque ita omnimodè se rebus omnibus terrenis penè exuens nihil sibi proprium retineret.

V. Hinc illud Cassiani in Regula cap. 27. "Qui convertitur, præ omnibus erudire debet, ut nihil ei peculiare liceat possidere, sed ita se nudatum ex omni parte cognoscat, ut præter tunicam, pallium, calciarium, vel maculam suam nihil amplius habeat."

Et S. Benedictus: "Ne quis præsumat aliquid habere proprium nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino." Cap. 33. Reg.

VI. Itaque vi voti paupertatis Religiosus Imprimis nihil sibi proprii, etiam vel minimi vindicare potest, neque rem quamcumque tametsi victui suo subservientem ita habere, ut de illa independentè à voluntate Superioris disponere prætentat. Unde illud S. Isidori in sua Regula cap. 5. "Monachi neque in suis cellulis, quidpiam quod ad victum, vel ad quamlibet rem aliam pertineat, sine regulari dispensatione habere vel possidere præsumant."

CAPUT II.

Religiosi privati sunt omni jure successione.

- 1. Jure Justiniano Monachi vi sua professionis à successione parentum non excluduntur.

